



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L[e]ct[i]o. ij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

genuit enoch octingētis an-
nis ⁊ genuit filios ⁊ filias. et
facti sunt oēs dies iared nō/
genti sexaginta duo anni: et
mortu⁹ est. Tu. *Nocte. ij.*

Doro enoch *Lectio. i.*
vixit sexagintaquinq̄
annis: et genuit mathusalā.
Et ambulauit enoch cū dō.
Et vixit enoch postq̄ genu-
it mathusalā trecētis annis
⁊ genuit filios ⁊ filias. Et fa-
cti sūt oēs dies enoch trecen-
ti sexagintaquinq̄ anni: am-
bulauitq̄ cū deo ⁊ nō appa-
ruit: q̄ tulit eū de⁹. *Lectio. ij.*

Vixit q̄z mathusalā centū
octoginta septē annis: ⁊ genu-
it lamech. Et vixit mathusa-
lā postq̄ genuit lamech sep-
tingenti octoginta duob⁹ an-
nis: et genuit filios et filias.
Et facti sūt oēs dies mathu-
sale nōgēti sexaginta nouem
anni: ⁊ mortu⁹ est. *Lectio. iij.*

Vixit autē lamech centum
octoginta duob⁹ annis: ⁊ ge-
nuit filium: vocauitq̄ nomē
eius noe dicens. Iste sola-
bit nos ab opib⁹ et laborib⁹
manū nr̄az ī terra: cui ma-
ledixit dñs. Tu. *Nocte. p.*

Vixitq̄ lamech *Lectio. i.*
postq̄ genuit noe q̄n-

gētis nonaginta q̄nq̄ annis:
⁊ genuit filios ⁊ filias. Et fa-
cti sunt oēs dies lamech sep-
tingēti septuaginta septē an-
ni: ⁊ mortu⁹ est. *Sen. 6. cap.*

Noe ho cū quingētoz esset
annoꝝ genuit sem ⁊ cham ⁊
iaphet. Tu autē. *Lectio. ij.*

Quē cepissent hoies mul-
tiplicari sup terrā ⁊ filias p̄-
creassent: vidētes filij dei fili-
as hoim q̄ essent pulcre: ac
ceperunt sibi vxores ex oib⁹
quas elegerāt. Dixitq̄ de⁹.
Non p̄manebit spūs meus
in hoie in eternū q̄ caro est.
Erūtq̄ dies illi⁹ centūviginti
annoꝝ. Gigātes autē erāt
sup terrā in dieb⁹ ill. Post-
q̄ em̄ ingressi sunt filij dei ad
filias hoim illeq̄ genuerūt:
isti sunt potentes a seclō vsq̄
ri famosi. Tu autē. *Lectio. iij.*

Videns autē deus q̄ mul-
ta malicia hoim esset in ter-
ra: ⁊ cuncta cogitatio cordis
intenta esset ad malū oī tpe
penituit eū q̄ hoim fecisset
in terra. Et p̄caues in futurū
⁊ tactus dolore cordis irin-
secus: delebo inq̄t hoies quē
creauī a facie terre ab homie
vsq̄ ad animantia: a reptili-
vsq̄ ad volucres celi. Peni-